Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Alchemistische Sammelhandschrift - Cod. Allerheiligen 3

Nagel, Paul

[Leipzig], [um 1605]

>Bona quaedam philosophorum dicta<.

urn:nbn:de:bsz:31-50343

pone in pellicanum l. circulatorium optime clausum
et in balneo ferventissimo s. fimo equino digeratur
per viginti dies, postea in vas obtortum ponito, distilla
per ferventissimum vaporem: quod exit superfunde iterum
in retortam: hoc modo tandem tota illa substantia maiori
ex parte redigetur in oleum crystallinum, quod vix tingit
digitum ob lubricitatem. Hoc oleum circula, donec ca-
perit instar vini rubri ..., atque tunc demum distilla in eva-
poratorio, sicque exibit clarissimus spiritus, relictis fecibus o
multis. Haec est aqua ad album, quae appellatur Daphne
et mediatrix albedinis, nunc vero ad feces l. mediam illam
partem substantiae in fundo remanentem, superfunde ...
oleum hoc album & distilla, iterumque impone atque + inclina-
tionem tunc amove, o per distillationem atque distilla.
Quando vero reliquerit oleum rubrum in fundo, album aquam
iterum super feces & + inclinationem post aliquoties amove
distillando ut prius: toties facito donec clarissima a feci-
bus exierit, sicque restabit tibi rubrum o o ad aurum,
iudico, quod nos vehitur, purius, tali autem copia ut
nusquam desiturum sit.

Bona quaedam philosophorum dicta.

Senior: Nihil occultarunt philosophi praeter praepara-
tionem quae est difficilior rerum & sine ipsa o perficitur
nec sciri potest nisi à Deo, aut à magistro qui eam doceat.
Geber: ubi magis aperte & plane locuti sumus, ibi scien-
tiam magis occultavimus.

Raimundus: in ▽ est totum nostrum scire & secretum & finis desideratus:

Senior: ▽ non conglutinatur nisi cum simili ☿ii sui, nec invenitur nec aliquid simile ☿ii sui, nisi in hoc quod ex eo est sol solis.

Eximidius in Turba: Jubeo autem vos, argentum vivum cum argento vivo miscere, quousque una eademque aqua fiat munda ex duobus corporibus.

Constans: Nihil aliud curate, nisi ut argentum vivum fixum in aere & volatile fugiens in ☿io habeatis.

Raimundus: Lapis non fit ex uno sed ex duobus simul

Pandulphus: Natura natura laetatur: natura naturam continet & natura naturam vincit.

Arnoldus: Sol & ☽ in virtute & potentia sunt in nostro lapide, si hoc non esset nunquam fieret inde ☉ vel ☽.

Idem: Omne crescens vel nascens multiplicatur in sua specie, metalla non generantur nisi ex spermate proprio, argentum autem vivum est sperma metallorum & origo eorum.

Arnoldus Villanovanus: Unde oportet quod illud quod bonum est in corpore imperfecto una cum corpore perfecto perficiatur, quia cum argentivitas viva corporis perfecti sit fixa: figit argentivitatem non vivam fixam ipsius corporis imperfecti, quia argentivitatem vivam fixam a perfectis corporibus abstrahit & facit hanc penetrare glorificare & omnino perficere.

Idem: materia prima metallorum est quaedam substantia fumosa continens in se humiditatem unctuosam, a qua substantia artifex separat humiditatem philosophicam quae exprimi apta est, quae est clara uti lachryma, in qua habitat quinta essentia metallica, et illa est metallum plurabile et in illa est medium coniungendi tincturas, quia est mercurius ☿ii & argenti vivi.